



K. 69.

IOANNIS PETRI EBERHARDI

PHIL. ET MEDIC. DOCTORIS.

CONSPECTVS  
PHYSIOLOGIAE  
ET  
DIAETETICAЕ  
TABVLIS  
EXPRESSVS



---

HALAE MAGDEBURGICAE  
IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.  
MDCCLIII.





# PRAEFATIO

Cum in omni scien-  
tia addiscenda, eo  
in primis annitendum  
sit, ut memoriae simul  
consulatur atque intelle-  
ctui; hoc vero potissimum

X 2 fiat

## PRAEFATIO.

fiat per tabulas, operaे pre-  
tium esse duxi, Physiolo-  
giae quoque primas lineas  
hoc modo Auditoribus ae-  
stumatissimis exhibere.  
Ortae inde sunt hae plagu-  
lae, quae non eo fine scri-  
ptae fuere, ut novum Le-  
ctoribus propinarem sy-  
stema, sed ut haberem in  
propriis Praelectionibus,  
veluti filum, cuius du-

Etum

PRAEFATIO.

Etum sequi liceret. Se-  
cutus sum in his Tabulis  
quoad ordinem genera-  
lem, Illustrem b. m. hof-  
MANNVM, & in primis com-  
pendium, quod e maiori e-  
iusdem systemate edidit,  
incomparabile Academiæ  
nostræ ornamentum,  
Illustris BÜCHNERVS. Hinc  
actiones corporis ita  
consideravi, ut hae o-

( 3      mnes



## PRAEFATIO.

mnes ex consideratione  
circuli sanguinis deriven-  
tur. Dum enim sangu-  
nis explicatur circulus, vi-  
tales simul demonstran-  
tur actiones, eius muta-  
tiones, involvunt consid-  
erationem secretionum &  
excretionum, hoc est na-  
turalium actionum, &  
dum fluidi nervi secretio  
altius indagatur, eiusque  
effe-

## PRAEFATIO.

effectus demonstrantur,  
manu veluti ducimur ad  
animales actiones. Non  
autem ita secutus sum  
Hoffmannianum opus,  
ut meram huius operis Ta-  
bulam exhiberem , sed  
addidi, mutavi, illustravi  
ubi opus erat , adeoque  
non Auditoribus modo  
meis, sed & aliis utile ut  
redderetur opusculum an-  
nifus

PRAEFATIO.

nitus sum, & in primis di-  
stinctas quo ad fieri potest  
ideas exhibui, phaenome-  
na ipsa vero ita explicavi,  
ut structuram partium  
primo exhiberem, ex ea-  
que mutationes demon-  
strarerem. Haec itaque  
conamina, ut aequi boni-  
que consulant Le<sup>t</sup>tores,  
rogo. Dab. Halae. in Acad.  
Frid. d. 30. Oct. 1752.

PROLE-

# PROLEGOMENA GENERALIA

## AD PROLEGOMENA MEDICI- NAE PERTINET.

**I**D *Efinitio:* est scientia eorum quae per vires corporis nostri, & corporum in nos agentium, in quantum in nos agunt, possibilia sunt. Hic notamus.

- a) Medicinam esse scientiam, *subiective*, in quantum ex certis principiis demonstrari in ea potest, & *objективe*, in quantum est complexus plurium veritatum. Hinc,
- b) Non sufficere in ea historicam cognitionem, usu vel experientia acquisitam, eorum quae in corpore nostro eveniunt, neque eorundem obscuram cognitionem, sed philosophicam, adeoque praemittendam esse Medicinae genuinam *Logicam*.
- c) Esse scientiam corporum in nos agentium, hinc supponere generalem corporum scientiam, sive *Physicam* una cum *Mathesi* in primis *Mechanica* atque *Optica*.
- d) Totam scientiam reduci posse ad tria potissimum capita.
  - aa) Cognitionem corporis nostri.
  - bb) Cognitionem corporum in nos agentium.

cc) Modi quo haec in nos agunt. Ori-  
tur inde

**II. Divisio generalis, ubi consideramus**

a) Corpus nostrum

aa) In statu sano

α) simpliciter

αα) Secundum structuram tantum  
in ANATOMIA

ββ) Secundum actiones per struc-  
turam possibles in PHYSIOLOGIA

β) vel in quantum sanitatem confer-  
vare conamur in HYGIEINE

bb) In statu aegro

α) simpliciter ubi consideramus

αα) caussas morborum in PATHO-  
LOGIA

N) Universales in GENERALI PA-  
THOLOGIA

□) speciales in SPECIALI PATHO-  
LOGIA

ββ) signa in SEMIOLOGIA

β) In quantum aegritudinem tollere co-  
namur, quod sit in THERAPEUTICA

αα) Regulis generalioribus in THE-  
RAPIA GENERALI

ββ) specialibus

N) In morbis internis in THE-  
RAPIA SPECIALI

□) In morbis externis in CHI-  
RURGIA que denuo

NN) Dum medicamenta ex-  
hiber

hibet dicitur *Chirurgia Medica*

ב ב) Dum instrumenta & manuum applicationem requirit *Chirurgia manualis.*

- b) *Corpora extra nos*, quae sunt vel
  - aa) *Universalia*, ut aér, alimenta, quorum consideratio tum ad diaeteticam pertinet, tum ad generalem Pathologiam.
  - bb) *specialia*, medicamenta nempe, quae considerantur.
  - α) In genere, secundum principia & agendi modum, ex omnibus naturae regnis in **MATERIA MEDICA**
  - β) In specie
    - αα) *Vegetabilia secundum classes suas in BOTANICA*
    - ββ) *Praeparata per artem*
    - γ) *Generaliter in CHEMIA*
    - δ) *specialiter in PHARMACIA*

### III. *Principia*, quae sunt.

- 1) *Universalia*
  - a) *Ratio*, quae est facultas nexum rerum persiciendi
  - b) *Cognitio corporis nostri & aliorum solidarum*
  - c) *Experientia rationalis.*
- 2) *Specialia*, quorum consideramus
  - a) *Requisita. Omne nempe principium debet esse*

A z

aa)



aa) Perspicuum, ac

bb) Conveniens reliquis corporum qualitatibus

cc) Continere debet causam proximam mutationum in corpore humano, &

dd) Existere in ipso corpore humano

b) Naturam, quae consideratur

aa) Negative,

α) Non est anima rationalis sola, quia

αα) Conceptus inde non redditur clarior, adeoque repugnat requisito (2, a, aa)

ββ) Corpus nostrum quoad generales qualitates, convenit cum reliquis physicis corporum affectionibus, quae ex animae natura intelligi nequeunt.

γγ) Quia bene multa phaenomena dependent a corporis peculiari structura.

δδ) Ipsa anima non est proxima causa mutationum, sed agit per necessaria quaedam organa adeoque repugnat requisito (2, a, cc)

β) Neque Archaeus

γ) Neque principium sensitivum

δ) Neque occulta qualitas: Cuius rationes patent (2, a)

bb) Positive.

α) Sensatio cuius notamus

αα) Naturam, qua est mutatio in anima,

anima, ex mutatione in corpore oriunda

B) Divisionem in

N) Sensationem in anima

D) In corpore, incongrue sic dictam, quae non est nisi sola mutatio in corpore, a qua animae mutatio penderit.

YY) Differentiam

N) Ab *irritabilitate*, quae non est nisi facultas motus certos a mutatione corporis oriundos, modo sensus fugiente producendi, & potest esse vel cum sensatione vel absque ea.

D) Ab omnibus reliquis physicas qualitatibus, elasticitate, electricitate &c.

DD) Leges

N) Non perficitur nisi per nervos

D) Motus inde excitatus semper ei est proportionalis &

N) Tendit ad moderandam vel tollendam sensationem

D) Efficit adfluxum humorum

N) In una parte orta, per consensum in aliam potest transferri

- 1) Saepe substitui ei potest vivida repraesentatio  
 β) Motus, a quacunque demum causa oriundus, secundum leges physicas semper explicandus, in  
   αα) Partibus solidis  
     N) Contraetorius  
     D) Dilatatorius. In  
   ββ) Partibus fluidis  
     N) Subtilioribus, solidorum motum efficiens  
     D) Crassioribus, a motu solidorum dependens

#### IV. Methodus,

- a) Generalis Mathematica, quoad materiam dispositionem, licet non opus semper sit forma Mathematica, multo minus terminorum Theorematis, Axiomatris cet. usu  
 b) Specialis, eadem, quae in Physica adhibenda, hoc est  
   aa) Experientia sive structura partium praemittenda  
   bb) Inde mutatio ordine explicanda  
   cc) Demonstrandum per experimenta explicationem esse genuinam.

#### V. Uſus

- a) Generalis, cognitio corporis nostri & in nos agentium solida  
 b) Specialis, conservatio & restitutio laniatis,

nitatis, qui ut assequi possit opportet ut  
Medicus

aa) Artem suam perfecte calleat, non  
theoretice modo sed & practice

bb) Eam ita exerceat ut

- α) Sanis insalubria dissuadeat,
- β) Morbos si fieri possit tollat,
- γ) Eos qui tolli nequeunt minuat;
- δ) In artis honorem eos qui conclusi  
mati sunt non assumat

#### VI. Historia, quae dividi potest.

aa) In antiquissimam

bb) Fabulosam

cc) Veram testimoniis nixam fide dignis,  
quae denuo potest dividi in historiam

aa) Orientalium, Chaldaeorum, Hebraeo-  
rum &c.

bb) Ægyptiorum

cc) Graecorum

dd) Saracenorum

ee) Europæorum

\* \* \*

## PROLEGOMENA SPECIALIA PHYSIOLOGIAE

Hic notanda

1) *Definitio.* Physiologia est scientia eorum,  
quae per corpus humanum vivum & fa-  
num in quantum sanum est, possibilia sunt.  
Ubi denuo illustranda

A 4

2) *De-*

- a) *Definitio hominis*, qui est spiritus rationalis, iunctus machinae sive corpori organico artificiosissime structo. Circa quam notamus.
- aa) Definitionem *machinae*, quae est corpus structum, quo mediante motus certis legibus adscripti produci possunt
- bb) Determinationem singularem *machinae humanae*, quae est *machina sensibilis*
- b) *Definitio vitae*, quae infra dabitur
- c) *Definitio sanitatis*, quae est integritas omnium actionum, quae per *machinam corporis possibiles sunt*.
- 2) *Divisio*, quae secundum actiones
- a) Vitales
- b) Naturales
- c) Animales
- optime instituitur. De reliquis divisionibus coram exponam.

## PHYSIOLOGIA.

§. I.

**C**um Physiologia sit scientia de iis quae per corpus humanum vivum & sanum, in quantum sanum est, possibilia sunt, necesse est ut sciamus quid sit *vita*: cuius consideramus.

I) Naturam quae determinatur

a) Ne-

- a) Negative
  - aa) Non consistit in conservatione mixti a putredine, neque
  - bb) In motu humorum indeterminato
- b) Positive, consistit in motu humorum & potissimum sanguinis circulatorio. Quia
  - aa) Intermittente eo vita periclitatur,
  - bb) Cessante hoc motu, vita perit,
  - cc) Restituto, reddit vita.
- 2) Caussam quae determinatur
  - a) Negative non est
    - aa) Natura generaliter, neque
    - bb) Archæus, neque
    - cc) Anima rationalis, sed
  - b) Positive Mechanica in systole & diastole cordis, ab influxu fluidi nervi pendens
- 3) Oppositum mors. Quae est plenaria cessatio motus cordis & arteriarum, & inde pendentis motus sanguinis.

## ſ. 2.

Cum vita consistat in motu humorum circulatorio, (§. I.) necesse est ut considerentur humores, quorum praecipuus est sanguis, cuius notamus

- A) Naturam quae demonstratur
  - a) A priori
    - $\alpha)$  Eius origine ex assumitis oleosis salinis terreis

A §

 $\beta)$  Eius

$\beta)$  Eius motu continuo, sub quo sal alcalinum generatur.

b) A posteriori

$\alpha)$  Per sensus simpliciter

$\alpha\alpha)$  Gustum, qui demonstrat blandam naturam.

$\beta\beta)$  Vism quiescente sanguine secedit in serum & rubram partem.

$\gamma\gamma)$  Per microscopia, quae docent cruentem constare ex globulis rubris, serum ex globulis minoribus flavis.

$\beta)$  Chemica experimenta quae docent

$\alpha\alpha)$  Adesse in sanguine aquam

$\beta\beta)$  Oleum

$\gamma\gamma)$  Sal ex alcalino & acido compositum

$\delta\delta)$  Crassam terram, unde concludimus

1) Sanguinem esse gelatinosum, cum gelatina ex terra & aqua constet,

2) esse saponiformem, ex sale et oleo hinc

a) Resolvere chyli crassas partes

b) Obtundere acres

c) Stagnationes praecavere

3) Colorem non oriri ex mixtione sulphuris & salis, sed ex crassitate partium quia

N) sulphur explicitum in sanguine non adest

2) ne-

- 2) neque alcali explicitum? Theo-  
ria vero colorum Newtoniana  
vniversalis est, hinc & in san-  
guine locum habere debet.
- 4) Calorem pendere
- 1) Ab attritu solidarum in san-  
guine partium ad latera va-  
forum.
  - 2) A liberatione principii phlo-  
gisti quae dependet
    - a) Ab attritu ipso
    - b) Ab actione salis in oleosas  
sanguinis partes,

## §. 3.

- B) Motum, ubi notamus
- a) Vasa sanguifera quae sunt
  - a) Arteriae, ubi notanda
    - aa) Figura conoidea cuius basis ampla  
circa cor, apex in extremitibus
    - BB) Ramositas, qui rami fere sem-  
per ad angulos acutos oriuntur
    - yy) Structura, ex tunicis potissimum s.
  - 1) Membranosa vel Nervosa
  - 2) Vasculosa
  - 3) Cellulosa
  - 4) Glandulosa
  - 5) Musculosa quae fibris gaudet
    - a) Orbicularibus &
    - b) Longitudinalibus

dd) Of-

- dd) Officium sanguinem a corde deducere ad partes
- ee) Motum contraetorium & dilatatorium quem *pulsus* dicimus
- ff) Vim quae dependet a natura canalis elasticis contractilis & aestimatur
  - 1) A vi irruentis sanguinis
  - 2) Vi contractili ipsius arteriae
- β) Venae quarum notanda
  - aa) Figura, ut in arteriis
  - ββ) Valvulositas,
    - 1) Circa insertionem minorum ramorum in maiorem truncum
    - 2) In truncis maioribus perpendiculariter ascendentibus
  - γγ) Structura, ut in arteriis, nisi quod tunica musculosa admodum sit tenuis ac iners
  - dd) Officium, sanguinem e partibus deducere ad cor.

## §. 4.

- b) Motum ipsum circulatorium, ubi notamus eius
  - aa) Existentiā cuius notamus
    - α) historiam, an Hippocrati notus? an a Serveto inventus? certus inventor *Guil. Harvaeus* circa annum 1626.
    - β) argumenta,
  - 1) Ex

- 1) Ex effusione totius M. S. per laesam arteriam quancunque sub quo vis corporis situ.
- 2) Per ligaturam arteriarum, tumentium inter ligaturam & cor, & venarum tumentium inter ligaturam & extremitatem, unde patet
  - $\alpha$ ) Moveri sanguinem & quidem
  - $\beta$ ) In arteriis a corde ad extremum
  - $\gamma$ ) In venis ab extremis ad cor
- 3) Per iniectiones, ubi materia iniecta in uno latere, exiit ex opposito latere, cuius inventi gloria Chr. Wren ascribitur, Boyleus vero primum periculum fecit Londini 1657: ad quam pertinet quoque sanguinis transfusio a Tim. Clark ac Henzavio in Anglia sed parum prospere tentata, felicius a Lowero. De prima inventione inter Medicos certamen, de quo plura coram.
- 4) Per microscopia in piscibus & ranis
  - bb) Causam quae est motus cordis & arteriarum.

§. 5.

Cum cor sit causa motus sanguinis, hoc nobis iam erit considerandum, secundum suam

aa) Fabricam, hic notandus

$\alpha$ ) Si-

α) Situs liber inter utrumque pulmonem, in pericardio liquore quodam humido, circa quem notamus

αα) existentiam de qua controversiae Medicorum variae vbi

Ν) quidam existimant post mortem tantum colligi

Ω) alii in iis adesse qui morbis chronicis defuncti sunt

ΩΩ) alii in vivis etiam adesse,

ββ) originem

Ν) ex antiquorum sententia vapores cordis

Ω) ex Malpighii, glandulae

ΩΩ) ex Ruischii vltimi arteriola-  
rum fines, per quos & Illustris  
de Haller vidit exiisse colora-  
tum liquorem iniectum.

β) Vasa

Ι) Propria, coronariae arteriae  
duae, in unam coēentes, cum re-  
spondentibus venis

2) Eadem adnata

αα) Arteria aorta

ββ) Arteria pulmonalis

γγ) Vena cava

δδ) Vena pulmonalis

γ) Fibrae quarum sunt generaliter  
quatuor strata spiralia, sed praeter  
haec

haec in sinistra parte adhuc duo strata existunt.

δ) Ventriculi duo, quibus cum arteriae connexae sunt. Hic notande

1) Valvulae

αα) Semilunares arteriam, & tricuspidales venam claudentes

ββ) Semilunares itidem arteriam & mitrales venam claudentes in sinistro.

2) Trabes & columnae

ε) Auriculae duae, quibuscum venae connexae sunt.

bb) Actionem, quae fit contractione & relaxatione mutua, ad modum reliquorum musculorum.

Hic notamus

1) Denominationem singularem, qua contratio dicitur *systole* relaxatio *diasbole*.

2) Actionem ipsam, quam consideramus Ν) positive, intelligitur si sequentia perspexeris

α) Sanguis e vena cava pellitur ad dextram auriculam

αα) E partibus inferioribus, lege hydraulica aequilibrii in tubis communicantibus

ββ) Proprio pondere e partibus superioribus

γγ) Vi

- γγ) Vi ex actione cordis praegressa adhuc residua
- β) Quae se contrahens, pellit sanguinem in dextrum ventriculum.
- γ) Qui actione musculari se contrahens, eundem pellit in arteriam pulmonalem
- δ) Eadem scena motu isochrono luditur in sinistra auricula, quae reducem e pulmonibus sanguinem in sinistrum ventriculum pellit, e quo aortae traditur
- ) negative, hic notandae falsae sententiae
- 1) eorum qui contractionem cordis derivant a sanguine vasa coronaria implente, cum tamen corre laxatum rubeat, palleat contractum.
  - 2) *Lancisi*, qui simul contrahi putat auriculas atque ventriculos
  - 3) *Nicholisi*, qui contractionem ventriculorum non existimat isochronon.
- cc) Vim qua moveri quae determinatur
- α) Ex Massa quae moveri debet
  - β) Ex resistentia vasorum
- dd) Motus caussam. Quae est
- α) Negative
  - αα) Non effervescentia sanguinis, is enim blandus est (§. 2. A, b, α, αα)
  - ββ) ne.

- ββ) neque chyli effervescentia, in eo enim nihil tale deprehenditur.  
 γγ) Neque peculiaris calor, is enim refutatur per experientiam, sed  
 β) Positive, ipsa muscularis fabrica.

## §. 6.

Cum sanguis e corde in adultis per pulmones transeat, hi quoque erunt nobis considerandi & quidem

- aa) Quoad situm, in thoracis utraque parte, per mediastinum divisa, quas cavitates perfecte replet, ita ut inferne diaphragma, ad latera vero pleuram contingat.  
 bb) Vasa  
   α) Aërem recipientia, quae proveniunt ex aspera arteria: circa quam notamus  
   αα) Figuram, quae est cylindrica, sed ita ut sectio eius in parte postica plana sit.  
 ββ) Artificium quo clauditur per musculos proprios, per epiglottidem & uvulam  
 γγ) Lubricitas a glandulis & cryptis in parte postica, cuius est usus  
   1) Impedire exsiccationem & fibrarum rigiditatem,  
   2) Vocem quae rauca alias foret, reddere gratiorem.  
 δδ) Divisio in duos ramos circa quartram vertebram, & tandem in mini-

B

mos

mos ramulos in cellulosam fabri,  
cam desinentes

$\beta)$  Sanguifera,

$\alpha)$  Arteriae

$\alpha\alpha)$  Pulmonalis, quae e dextro corde  
oritur, & in minimos ramulos dis-  
tribuitur cellulas cingentes.

$\beta\beta)$  Bronchialis ad nutritionem pul-  
monum

$\beta)$  Venae arterius respondentes.

$\epsilon\epsilon)$  Structura, quae consideratur

$\alpha)$  negative, non ut *Malpighius* conser-  
dit, bronchia expanduntur in ves-  
iculas, e quibus inter se communican-  
tibus fierent lobuli, ex illis lobi, pro-  
pria membrana coerciti, quem con-  
futarunt *Helvetius* & *Perill*, de *Haller*,  
sed

$\beta)$  positive

$\alpha\alpha)$  est corpus molle ex lobulis &  
vasis pluribus sanguiferis compo-  
situm.

$\beta\beta)$  Lobuli ex cellulosa fabrica con-  
stant, ab aspera arteria orta, & sin-  
gulari membrana cincta.

$\gamma\gamma)$  Cellulae hae cinguntur vasis san-  
guiferis, & constant ex fibris elas-  
ticis contractilibus.

$\ddot{\alpha}\ddot{\alpha})$  Actio, consistit in expansione & con-  
tractione reciproca, aërem immittendo  
& expellendo, quae pender

$\alpha)$  Ab

- $\alpha$ ) Ab actione muscularum thoracem cingentium, quae intelligitur, si consideres  
 $\alpha\alpha$ ) Costas omnes esse inclinatas, ita ut cum vertebribus superioribus angulum obtusum forment  
 $\beta\beta$ ) Inter eos interceptum spatium, muscularis claudi inter costalibus, externis & internis quorum  
 1) Externi videntur elevare  
 2) Interni deprimere costas  
 $\gamma\gamma$ ) Diaphragmatis figuram sub actione ex eonvexa mutari in planam, hinc augeri ex hac quoque parte cavum thoracis.

$\beta$ ) Ab aëris gravitate.

Notetur controversia hac de re, vt & de aëre inter pleuram & pulmones intercepto, nostris temporibus agitata.

$\epsilon\epsilon$ ) Usus

- $\alpha$ ) Quoad sanguinem, cuius mutationes pendent  
 $\alpha\alpha$ ) A structura pulmonum, dum  
 $\beta\beta$ ) Ob propinquitatem cordis maior est vis irruentis sanguinis, & actio vehemens in elasticâ vase, a qua pendent  
 1) Auctus ab initio ob maiorem frictionem calor, hinc globulorum expansio

B 2

2) Com-

- 2) Compressio globulorum & figurae mutatio a compressione canalis,
- 3) Inde ob auctam lamellarum crassitatem maior rubedo (p.pr. Phys.)
- 2) Ob figuram circularem vasorum, fit
- 1) Maior resistentia hinc minor motus.
- 2) Ob pressionem sequentis sanguinis aequabilior mixtio.
- $\beta\beta$ ) Ab aere, qui in cellulas receptus efficit
- 1) Refrigerium sanguinis, hinc
- 2) Inspissationem, quod probatur
- N) E principiis physicis communicationis caloris.
- 2) A calore aeris exeuntis,
- 3) A minori diametro venae pulmonalis, praeter arteria pulmonali,
- 7) A minori capacitatem sinistri ventriculi cordis praeter dextro.
- 3) Cuiuslibet globuli maiorem soliditatem.
- $\beta$ ) Quoad chylum ei omnia accidunt quae sanguini, potissimum
- a) sanguini perfectius miscetur
- $\beta$ ) Ob compressionem rubedinem acquirit (per pr. Phys.), crassities enim lamellarum rubros radios reflecten-

flectentium duplo est maior, ea qua  
alba lux reflectitur.

§. 7.

C) Motus usum, qui consistit

$\alpha\alpha$ ) In sanguificatione, quae fit

$\alpha\alpha$ ) In pulmonibus (§. 6. ee.  $\alpha$ ,)

$\beta\beta$ ) In reliquis arteriis, hae enim sunt  
conoideae (§. 3. B. a  $\alpha$ .  $\alpha\alpha$ ) hinc  
globuli chylosi incurront in latera, &  
magis resolvuntur. Magna vi gaudent  
(§. cit.  $\zeta\zeta$  &  $\gamma\gamma$ ) & se contrahunt (§.  
cit.  $ee$ ): hinc comprimunt globulos  
chylosos, unde sanguini perfectius mi-  
scetur, & rubedinem acquirunt.

$\beta$ ) In generatione caloris, quod fit

$\alpha\alpha$ ) Per attritum globulorum inter se  
& ad vasorum latera (per pr. Phys.)

$\beta\beta$ ) Per maiorem liberationem princi-  
pii phlogisti.

$\gamma$ ) In maiori resolutione sanguinis, dum

$\alpha\alpha$ ) Ob continuam frictionem aliquid  
continuo deterritur, hinc globulorum  
diameter minuitur,

$\beta\beta$ ) Ob incursum in oppositas partes  
cohaerentes partes separantur,

$\gamma\gamma$ ) Salinum principium magis libera-  
tur, quod resolvit sanguinem (per pr.  
Chem.).

$\delta\delta$ ) Ob inaequalitatem globulorum (§.

2. A. b. γγ) motus est inaequalis, ita ut maiores globuli celerius moveantur, hinc dispellant minores, separant, totum fluidum resolvant.

Pendet inde

- 1) Facilior secretio & excretio, dum aptiores fiunt partes ad transiit per minimos canales.
- 2) Corporis nutritio, quae fit per adpositionem partium in minimis canaliculis
- 3) Conservatio a putredine.

### §. 8.

D) Originem. Cum omnes corporis partes ori-  
antur ex assumptis alimentis & potulentis (p.  
exper.) etiam sanguis inde orietur, cuius  
proinde origo nobis erit consideranda.  
Cum vero origo sanguinis non possit intel-  
ligi, nisi cognita generali secretionum  
Theoria, considerabimus

- a) Generalem Theoriam secretionum, quae  
fiunt vel
  - aa) Per ultimos fines arteriarum, ubi no-  
tanda
    - α) Diameter vasorum ultimorum,
    - β) Eorundem directio,
    - γ) Numerus,
    - δ) Coniunctio,

Pro quorum diversitate fluidum deter-  
minatur vel

bb) Per

- bb) Per glandulas quarum notamus  
α) Divisionem in  
αα) Simplices, quarum quaelibet  
peculiariter gaudet ductu excreto-  
rio, & sunt vel  
N) simplicissimae vel  
D) Conglobatae  
ββ) Compositas, communis ductu ex-  
cretorio gaudentes, compositae ex  
N) simplicissimis  
D) Conglobatis, quae dicuntur  
conglomeratae.  
β) Naturam, quatenus constant  
αα) Simplicissimae  
N) E cavo membranaceo in quo  
terminantur  
D) Vasa sanguifera, &  
D) Ductu excretorio.  
ββ) Conglobatae, quae constant  
N) Membrana exteriori dupli-  
ci, fibris circularibus elasticis  
praedita.  
D) Arteriis in minimos ramu-  
los distributis,  
D) Venis,  
D) Nervis, sat magnis  
D) Vasis lymphaticis.  
γγ) Conglomeratae non differunt  
ab ante expositis, nisi quoad com-  
munem

munem ductum excretorium.  
Notetur controversia *Malpighium*  
inter & *Ruyſchium* de follicu-  
lis glandulis.

- v) Mutationes fluidorum in iisdem contingentes, quae sunt sequentes
  - αα) Ob curvaturam & angulo-  
litatem ramorum sanguis dividit-  
ur in minores moleculas.
  - ββ) Ob contractionem membra-  
nae glandulam cingentis, glo-  
buli rubri diffiliunt & praemun-  
tur in vasa lateralia.
  - γγ) Inde ducuntur in commune  
receptaculum, ubi novum consti-  
tuunt fluidum,
  - δδ) Cui fluidum nerveum per ner-  
vos advenatum admiscetur.
  - δ) Expulsionem fluidi secreti, haec si
    - αα) In conglobatis
      - 1) Per venas lymphaticas, per  
quas tendunt ad cisternam  
lumbarem. Egressus hic ad  
iuvatur
      - 2) Membrana contractili,
      - 3) Pulsu arteriarum,
      - 4) Motu muscularum cor-  
poris.
    - 2) Per ductum excretorium in  
cavum commune
    - 3) Per-

- 3) Per ductum excretorium extra cutim  
 $\beta\beta$ ) In conglomeratis per ductus excretorios omnium glandularum simplicium, simul terminatos in communem ductum qui definit
- N) Vel in aliud vas  
 C) Vel in emunctorium commune
- ε) Modum secretionis  
 $\alpha\alpha$ ) Positive, hic intelligitur si consideramus
- 1) Diametrum vasorum,
  - 2) Eorundem angulositatem & situm
  - 3) Celeritatem qua fluidum fertur,
  - 4) Copiam ramorum certae diametri,
  - 5) Vim diversam vasa comprehendentem,
  - 6) Moram excreti & stagnantis liquoris, & inde pendentem resorptionem vel exhalationem fluidissimarum partium.
- $\beta\beta$ ) Negative,  
 N) Non in figura vasorum quia  
 NN) haec semper rotunda est &
- B 5 ככ mi.

¶) minima vascula secreto-  
ria mollia sunt, hinc cede-  
rent aliter quoque figura-  
to corpori.

¶) quia vasa triangularia vel  
quadrata, transmittunt ro-  
tundas etiam sed minores  
partes

¶) Neque in specifico fermen-  
to quia

NN) non patet unde nam hoc  
fermentum deferri potue-  
rit ad partem, si vero

¶) secernitur a sanguine,  
tunc reddit difficultas, cur  
in hac potius, quam in alia  
parte hoc vel illud fermen-  
tum secernatur.

§. 9.

b) Sanguinis originem qui paratur e chylo  
ex cibis assumptis orto, qui mutantur

aa) In ore per manductionem, hic no-  
tanda

α) Morsus, ad hunc requiritur

i) Motus maxillae inferioris

αα) Descendens, ope muscularum

N) Digastrici

¶) Platisma myoidis

ββ) A.

- $\beta\beta$ ) Ascendens ad quem requiriuntur
- 4) Paria muscularum
  - N) Temporalis
  - D) Masseter.
  - 3) Pterygoideus externus &
  - 7) Pterygoideus internus.
  - 2) Dentes qui sunt
  - $\alpha\alpha$ ) Incisorii 8
  - $\beta\beta$ ) Canini 4
  - $\gamma\gamma$ ) Molares 16
  - $\delta\delta$ ) Sapientiae 4
  - $\beta$ ) Coarctatio spatii oris, ad hanc faciunt 5 Muscularum paria & duo singulares,
  - $\alpha\alpha$ ) Orbicularis labiorum
  - $\beta\beta$ ) Buccinatores
  - $\gamma\gamma$ ) Zygomatici
  - $\delta\delta$ ) Incisorii
  - $\epsilon\epsilon$ ) Canini
  - $\zeta\zeta$ ) Triangulares
  - $\eta\eta$ ) Quadratus
  - $\gamma$ ) Admixtio salivae, ubi notandus
  - $\alpha\alpha$ ) Eius ortus e sanguine arterioso, quod probatur per ligatum venarum jugularium.
  - $\beta\beta$ ) Officina,
  - N) Parotides se exonerantes per ductum Stenonianum
  - D) Maxillares salivam fundentes

tes per ductum Warthonianum

5) Sublinguales Bartholinianae & Rivinianae

7) Oris & faecium

77) Natura, ubi notanda

1) Natura lymphatica, inde fit ut non concrescat ab igne.

2) Fermentes cibilitas, quae probatur

8) Ob sal acidum, quod patet per instillationem in solutionem plumbi vel argenti.

9) Per experientiam, & ad mixtionem farinae & frumentorum horaeorum.

3) Virtus saponiformis quae probatur

N) Chymice ubi experientia demonstrant sal & oleum

10) Per observationem, dum oleum iungit aquae

4) Partes constitutivae, aqua copiosa, sal, oleum, terra pauca

11) Usus, consistit in eo quod

1) Motum intestinum hinc solutionem corporum incipiat, potissimum fermentationem.

2) Sa-

- 2) Salinum principium solvat,  
hinc saporem efficiat  
 3) Oleum iungat aquae inde  
color mansorum albicans.
- bb) Deglutitio, ad hanc requiritur
- a) Ut cibi deferantur ad fauces, quod fit
  - aa) Dum cavum buccarum ope mu-  
scularum minuitnr, hinc cibi pre-  
muntur
  - $\beta\beta$ ) In cavum infra linguam, inde
  - $\gamma\gamma$ ) Elevantur a musculis linguae ei-  
que imponuntur, &
  - $\delta\delta$ ) Ope eiusdem ad fauces protru-  
duntur.
  - $\beta$ ) Ut Oesophagus aperiatur actione suo-  
rum musculorum, dum os hyoides  
antrorsum movetur.
  - $\gamma$ ) Ut claudatur larynx & narium aper-  
tura, Prius fit ope
  - aa) Muscularum propriorum rimam  
glottidis arctantium,
  - $\beta\beta$ ) Epiglottidis, glottidi ita applica-  
tae ut iter in pulmones impediatur.
  - $\gamma\gamma$ ) Uvulae ad eandem rimam pressiae.  
Posterior fit per velum palatinum  
quod claudit narium aperturam ne  
illac cibi erumpant
  - $\delta$ ) Ut musculi oesophagi actione sua, as-  
sumta premant in ventriculum.

## §. 10.

cc) Mutatio quae fit in ventriculo cuius  
notamus

$\alpha$ ) Fabricam, dum est

$\alpha\alpha$ ) Tubus intus cavus

$\beta\beta$ ) Variis membranis constat nempe

1) Membranosa

2) Musculosa

3) Nervosa, quam alii glandulosam  
dicunt

4) Cellulosa

5) Villosa, constans minimis tubulis  
hiantibus in cavum ventriculi, ex  
altera parte vero terminatis in  
vasa sanguifera vel lymphatica

$\beta$ ) Actionem, quae considerari potest

I) Pleno ventriculo, tunc agit in qua-  
ntum est

$\alpha\alpha$ ) Vas clausum, calidum, humili-  
dum.

$\beta\beta$ ) In quantum variis humoribus  
abundat, potissimum saliva &  
humore gastrico, e glandulis ven-  
triculi stillante

$\gamma\gamma$ ) In quantum vi muscularum  
contrahitur, hic notamus situm  
fibrarum muscularium qui sunt

I) Spirales, a ummo ventriculi  
orificio quod cardia dicitur  
ad al-

- ad alterum orificium quod *pylorus* audit abeuntes.
- 2) Oblique longitudinem minuentes.
  - 3) Directae, ab uno orificio ad alterum, utrumque simul ambientes & claudentes
  - dd) In quantum experitur vim adiacentium partium potissimum
    - N) Diaphragmatis,
    - D) Ictus aortae & arteriarum ventriculi,
    - P) Pressionem muscularum abdominis quorum sunt 5 paria
      - 1) Obliquus exterior
      - 2) Obliquus interior
      - 3) Pyramidalis
      - 4) Transversus
      - 5) Rectus
    - 2) Vacuo ventriculo dum
      - aa) Adsunt varii humores in ventriculo,
      - ββ) Reliquiae ciborum,
      - γγ) Ventriculus contrahitur, hinc rugarum frictio oritur inter se  
Ex his omibus oritur sensatio quam dicitur *famem*.
    - γ) Mutatio ciborum, quae consistit potissimum
      - aa) In intima dissolutione facta
        - 1) A

- 1) A motu intestino
- 2) Calore
- 3) Pressione continua
- $\beta\beta$ ) Mixtione nova &
- $\gamma\gamma$ ) Fluiditate totius massae
- dd) Mutatio quae fit in intestinis: haec intelligitur si considereremus
- $\alpha$ ) Fabricam intestinorum, quae quoad potiora convenit cum fabrica ventriculi. Notanda tamen divisio in
- $\alpha\alpha$ ) Tenuia,
- 1) Duodenum
- 2) Ieiunum
- 3) Ileum
- $\beta\beta$ ) Crassa,
- 1) Coecum
- 2) Colon, in cuius fine valvula Bauhini,
- 3) Rectum, in cuius fine sphincter.
- $\beta$ ) Actionem, dum consideramus intestina..
- $\alpha\alpha$ ) Tanquam canalem sive vas continuum, humidum ac calidum.
- $\beta\beta$ ) Tanquam organum secretorium, dum tubuli villosae tunicae fluidissimam chyli partem in se recipiunt, & sic a crassioribus partibus secernunt.
- $\gamma\gamma$ ) Dum musculosa vi contentos cibos compriment.
- $\gamma$ ) Humores cibis ibi admixtos
- $\alpha\alpha$ ) Bi-

- aa)* Bilem in hepate secretam  
 1) Hepaticam continuo fluentem,  
 2) Cysticam diutius asservatam, hinc  
 amariorem & ob lympham re-  
 sorptam spissiorem. Circa utram-  
 que notamus.
- N)* Partes constitutivas, quae sunt  
 salinae & oleofæ copiosæ,  
 cum aqua & terra.
- C)* Actionem, quae est maxime  
 resolvens, & ob principium  
 amaricans, resistens fermenta-  
 tionis.
- Bβ)* Lympham pancreaticam e pan-  
 create fluentem per ductum Wir-  
 surgianum, ductui hepatico iun-  
 etum.
- δ)* Mutationem ipsam, quae int elligitur  
 ex antecedentibus ( $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ): inde  
 enim fit.
- αα)* Ut cibi magis resolvantur & perfe-  
 citius misceantur,
- Bβ)* Oleosæ potissimum aqueis iungan-  
 tur, unde chyli color albus,
- γγ)* Ut incipiens fermentatio sistatur, ne  
 in sal acidum degeneret,
- δδ)* Ut crassiores partes a fluidioribus se-  
 parentur. Quod fit
- 1) Per chyli in vasa lactea ingressum  
 qui adiuvatur.

C

*N)* Con-

¶) Contractione musculosae tunicae, unde omnis chylo interru-  
gas tunicae villosae haerentis,  
via praecluditur, & arcta fistula,  
in tubulos minimos premi-  
tur.

¶) Attractione vasorum villosae  
tunicae, agentium instar tubu-  
lorum capillarium.

2) Fœcis intestinalis expulsionem,  
quæ perspicitur si consideres

¶) Crassiores partes intrare non  
posse in tubulos capillares, sed

¶) Motu peristaltico continuo  
propelli, usque dum transeant val-  
vulam Bauhini, & in intestina  
crassa abeantib*i*

¶) Potissimum in coeco; haeren-  
tes, in putredinem ruant, hinc  
foetidae fiant, & cum patula ubi-  
que lymphatica vasa, omnem  
humorem resorbeant, exsiccatæ

¶) Irritent fibras intestinorum,  
hinc contractionem efficiant &  
propellant fœces usque ad re-  
ctum, ubi

¶) Situs perpendicularis huius in-  
testini

¶) Lubricitas a glandularum oleo &

¶) Vis tunicae musculosa et, andem

¶) Laxa-

¶ Laxatio sphincteris fortissimi  
ani, easdem extra corpus propellant.

§. II.

- ee) Chyli via ad sanguinem: hic notamus
- aa) Viam per mesenterium ad *cisternam lumbarem*, per vasa lactea
- aaa) Primi generis, ex tubulis tunicae villosae, usque ad glandulas mesenterii, quae glandulae
- N) In se recipiunt vasa lymphatica
- D) Lympham chylo adfundunt eumque adeo diluunt.
- Bβ) Secundi generis, ab his usque ad cisternam.
- B) Motum chyli qui moveatur
  - aa) Ob pressionem a motu peristaltico ortam,
  - Bβ) Ob vasorum lacteorum attractionem,
  - γγ) Ob valvulas in vasis lacteis occurrentes, regressum impedientes,
  - δδ) Ob vacuum Guerickianum, necessario oriundum, inter duas valvulas, si liquor vnam superaverit.
  - εε) Ob vim contractilem vasorum lacteorum,
  - ζζ) Ob pressionem a musculis ab dominis,

C 2

γ) Via

γ) Viama cisterna lumbari ad sanguinem per ductum Pecquetianum, cuius notamus

αα) Situm, dum ortus e cisterna lumbari, reflexus ascendens tandem terminatur in dextram vel sinistram subclaviam.

ββ) Insertio in subclaviam, singularis artificiis, per valvulam semilunarem.

γγ) Actio in chylum, qui hic movetur

1) Per eas caussas quibus movetur in viis lacteis

2) Ob maximam pressionem dia-phragmatis,

3) Ob pulsum aortae ductui Tho-racico vicinae,

4) Ob motum pulmonum continua-  
num.

### §. 12.

E) Mutationes, a secretionibus in variis cor-poris partibus, potissimum

a) In cute: ubi notamus

aa) Structuram, qua constat

α) Ex pinguedine sive panniculo adi-po-lo omnes musculos ambiente: cir-ca hunc notamus

αα) Structuram, dum consistit

1) Ex arteriis & venis in cellu-losam fabricam terminatis

2) Ex

2) Ex fibris nervosis & musculosis, in membranam tenuem expansis ac valde dilatabilibus.

$\beta\beta$ ) Usum, in se recipere partem oleosam sanguinis, unde pendet

1) Lubricitas partium & frictio imminuta,

2) Defensio a frigore,

3) Nutritio in casu necessitatis.

Tum occurrat,

$\beta$ ) Cutis ipsa cuius notamus

$\alpha\alpha$ ) Structuram qua constat

1) Ex fibris nervosis densis & vasis sanguiferis copiosis,

2) Pyramidibus ex nervis compositis,

3) Folliculis, cum vasis sanguiferis connexis

$\beta\beta$ ) Usum, qui consistit

1) In involuero partium,

2) In sensu tactus,

3) In secretione fluidi a sanguine.

$\gamma$ ) Corpus reticularae Malpighii constans

1) Ex fibris nerveis duris,

2) Innumeris foraminibus, per quae transeunt

1) Pyramides nerveae ( $\beta.\alpha\alpha.2.$ )

2) Minima vascula sanguifera cutis

- δ) Epidermis sive cuticula, circa quam  
nctari meretur,  
αα) structura,  
1) Ex fibris duris in sensibilibus,  
2) In fine parvis foraminibus,  
per quae patent vasa sangu-  
fera cutis, & quidem  
N) Arteriae per poros ex ha-  
lantes,  
ο) Venae per poros resor-  
bentes.

ββ) Origo.

- N) negative non a compres-  
sione cutis, unde eius su-  
premitas callesceret, vt  
*Mergagnius* existimat. No-  
tetur sententia Ruyshii  
*Leespen boeckii, Cheynei ceteri.*  
ο) positive, a fibrillis vltimis  
duetuum ex cretoriorum &  
papillarum nervarum

bb) Functionem,

- α) Totum corpus defendere,  
β) A sanguine separare  
αα) subtilius fluidum, ex arteriis  
per minimos canaliculos in cute  
terminatos, quod statim dissipat-  
tur  
1) Ob contactum cum aëre,  
2) Ob calorem a sanguinis motu  
3) Ob

3) Ob impulsum ipsius sanguinis. Haec excretio dicitur *Sanguinaria perspiratio*. Augentur itaque haec secretio auctis causis (num. 1. 2. 3.) & tunc si visibilis fiat dicitur *sudor*.

*B3) Humorem crassiores,*

- 1) Sub auctiore transpiratione;
- 2) In cellulis tunicae cellulosae;
- 3) In folliculis subcutaneis. Vrriusque natura ex odore, colore, sapore diiudicatur, quod constet ex aqua, sale & oleo invicem iunctis, & non ex merita aqua ut falso existimat *Nerucci* in epist. Phys. Med.

### §. 13.

b) In renibus, quorum notamus

aa) Situm, ad infimas costas spurias, in regione lumbari,

α) generalem, vtriusque extra cavitatem ab dominis teguntur enim peritonaei membrana, quod ob vulnera, abscessus est, probe notandum.

β) dextri peculiarem, fere semper magis depresso, obponitus hepatis incumbens.

bb) Nexus cum diaphragmate, vesica urinaria, & renibus succenturiatis quam

rum consideramus

- α) strūcturam, qua sunt glandulae in adultis instar nucis iuglandis, in foetu aequales fere renibus, in quibus cavitas est cum liquore subdulci, ductus vero excretorius nullus,
- β) vsum, incertus ex Lieutaudii sententia, per poros resorbentes reddit ad sanguinem venae cavae, eum ut resolvat.
- cc) Strūcturam, qua constant
- α) Membrana a peritoneo & pinguedine pauca.
- β) Vasis & quidem
  - αα) Arteriis emulgentibus in minimos canalicos distributis, circa quas notamus
  - 1) Eas directionem continuo mutare, reptatu vermiculari.
  - 2) Eas continuo uniri & separari.
  - 3) Congeri in glomeres sive congeries vasorum.
- ββ) Venis emulgentibus, ortis ex congerie illa (n. 3) arteriarum
- γγ) Ductibus urinariis qui
  - 1) Oriuntur ex congerie arteriarum (n. 3)
  - 2) Quoad naturam, sunt fistulae tenues pellucidae in papillas duodecim sive cava membranacea terminata, e quibus exitus

exitus datur in maiorem ca-  
vitatem membranaceam, quae  
dicitur pelvis, e quo exiens  
canalis, abit ad vesicam uri-  
nariam.

- ad) Actionem, quae intelligitur conside-  
rata structura, (cc) & consistit in se-  
cretione liquoris aquei & falsi, quem  
vocamus *urinam*, cuius notamus
- α) Naturam, quae exploratur
- αα) Per sensus, unde patet
- 1) Eam esse aqueam
  - 2) Salsam
  - 3) Flavam ad rubedinem ver-  
gentem
- ββ) Per chemiam, qua docemur  
adesse in urina
- 1) Aquam
  - 2) Terram tartaream
  - 3) Sal ammoniacale
  - 4) Sal ad falsis communis natu-  
ram accedens,
  - 5) Oleum foetidum
  - 6) Materiam phosphorescentem.
- γ) Originem, e sanguine arterioso  
unde secretus in glomeribus (cc.  
6. αα. γ) per canales pellucidos  
(cc. 6. γγ) ad pelvim delatus (γγ.  
2.) transit per ureteres in *vesicam*  
*urinariam* cuius notamus.
- αα) Situm iu pelvi

Cf

66) Stru-

66) Structuram membranaceam,  
nempe

- 1) Membranam a peritonaeo,
- 2) Singularem musculosam,
- 3) Glandulosam secernentem  
mucum,

4) Aperturas quibus patet in ure-  
teres & urethram, qui est canalis  
e vesica extra corpus abiens

γγ) Actionem quae est

- 1) In se recipere vrinam per vete-  
res, eamque asservare. Notetur  
hic falsa Merysententia.
- 2) Ab eadem distensa ob irritati-  
onem inde factam, se contrahe-  
re & urinam per urethram expelle-  
re, superata sphincteris resistentia.

§. 14.

c) In intestinis, quorum exposita iam est

aa) Structura (§. 10. dd. & cc. 3)

bb) Secretio ibi facta in glandulis, ubi

α) Fluidum, secernitur particulis tena-  
cibus terreis & oleosis, aqueis iun-  
ctum, abundans

ε) Quod mutatur, dissipato aquo  
principio, & dicitur *mucus*.

§. 15.

d) In narium & faecium superficie inter-  
na, ubi notamus

aa) Structuram, dum vestiuntur tunica  
glandulosa.

bb A-

bb) Actionem, qua secernunt eodem modo quo intestinorum glandulae, mucum, qui ab aëre per has partes continuo transiente facile exsiccatur.

§. 16.

e) In liene, cuius notamus

aa) Situm, in sinistro hypochondrio

bb) Conexionem,

α) Cum diaphragmate, sinistro rene & omento per membranas.

β) Cum ventriculo per yasa brevia.

cc) Structuram, quae est

α) Vasculosa, dum

αα) Arteriae magnae ex coeliaea, per totam eius substantiam distribuuntur, in globus terminantur, e quibus

ββ) Venae ortae, coëunt in maiores ramos

γ) Cellulosa, dum in inflato & siccato liene, vacua adparent spatia inter se connexa

dd) Actionem, in se recipere sanguinem, eum probe miscere, hinc redere fluidiorem & chylum magis subigere, quod patet ex nexu (bb) structura (c. αα. β): potissimum in plethoricis nimium sanguinem abundantem retinere, veluti in receptaculo.

Noterur

Notetur hic sententia 1) *Galenii*, 2)  
aliorum antiquorum, 3) *Boerhaavii* 4)  
*singularis Lieutaudii.*

## §. 17.

- f) In omento, cuius notamus
  - aa) Situm, in abdomine proxime supra intestina,
  - bb) Connexionem, cum ventriculo, duodeno, colo, pancreate.
  - cc) Structuram, membranaceo vasculosam, dum constat
    - $\alpha$ ) Membrana dupliqui, in cellulas dividit
  - $\beta$ ) Congerie vasorum sanguiferorum in cellulas terminatorum, una cum vasibus lymphaticis
  - dd) Actionem
    - $\alpha$ ) Defendere intestina eaque lubricare,
    - $\beta$ ) In cellulas suas recipere oleosam sanguinis partem, eamque ibi assertare
    - $\gamma$ ) Resorbere tenuissimum in abdome transudantem humorem.

## §. 18.

- g) In hepate, ubi notamus eius
  - aa) Situm, in dextro hypochondrio
  - bb) Connexionem cum diaphragmate ac umbi-

umbilico per ligamenta lata & rotundum.

- cc) Structuram, qua constat
  - α) Ex membrana eam involvente
  - β) Ex congerie vasorum sanguiferorum ortorum
  - αα) Ex vena portarum: circa quam notamus
    - 1) Situm perpendicularem,
    - 2) Connexionem cum omnibus fere vasis venosis abdominis, dum haemorrhoidalia, mesaraica, splenica hic concurrunt.
    - 3) Naturam venosam; sed tamen singulare habet
    - Ν) Quod officio venae & arteriae fungatur,
    - Ω) Quod careat valvulis.

Hinc concludimus circulum sanguinis ad modum in eadem retardari, potissimum ob causas (n. 1. & 32.)

- 4) Ingressum hepatis circa medium cavae superficie, unde nomen habet, ubi
- 5) Sinum format & tunc
- 6) Acquirit tunicam firmiorem, ad modum arteriae quae dicitur Capsula Glissonii

7) Di-

7) Distribui in 5 magnos ramos  
& in innumerabiles minores,  
quae fere totum viscus hepatis  
constituant.

ββ) Ex arteria hepatica quae ex  
coeliaca originem dicit, totum  
hepar innumerabilibus ramis  
percurrente, quibus quaedam  
et diaphragmate accedunt.

γγ) Venis ad venam cavam abe-  
untibus sanguinem superfluum  
reducentibus

δδ) E canaliculis exiguis

ι) Ortis circa finem unius cuiuscumque ramuli, e vena portarum, iuncti ramulo venae  
e vena cava, & primo complicatis, ad modum globularum, e quibus dein canales  
oriuntur, venae portarum ramos continuo ductu sequentes.

2) Terminatis in notabilem canalem, qui porus hepaticus vel biliarius dicitur.

δδ) Actionem,

α) Secernere a sanguine venae portarum, fluidum bilis dictum cuius notamus

αα) Naturam §. 10. expositam

ββ) Diversitatem qua

ι) Vel

- 1) Vel in poro hepatico continetur & *bilis hepatica* dicitur, circa quam notamus  
 2) Eam esse magis fluidam,  
 3) Eam continuo fluere in duodenum
- 2) Vel in cystide fellea, quae est vesicula in parte hepatis concava sita, & constat ex membrana, vasculis, nervis & fibris muscularibus praedita. Circa hanc notamus
- 1) Bilem in ea contentam esse amariorem  
 2) Ob lympham resorptam &  
 3) olei maiorem a calore resolutionem
- 3) Ex ea exire canalem cysticum, ita ut eius apertura altior sit fundo.
- 3) Hunc canalem iungi ad angulum acutum poro biliario.
- 3) Fluidum secretum expellere, per ductum ortum ex poro biliario & cystico iunctis, qui oblique descendens, iunctus ductui Wirsungiano (§. II.) penetrat tunicas duodeni, ita tamen ut
- 1) Penetrata priore tunica, inter hanc & secundam perget  
 2) Eo.

- 2) Eodem modo inter secundam & tertiam progrediens, tandem in cavum intestini hiat. Ipsa excretio efficitur
- 1) Ex situ ductus excretorii qui *ebolidochus* dicitur,
- 2) Ex continua bilis secretione,
- 3) Ob vim musculosam cystidis felleae.

## §. 19.

h) In testibus, quorum notamus

aa) Vasa

α) Sanguifera, quae sunt

αα) Arteriae spermaticae, exorta sub renalibus arteriis ortae obliquo situ.

ββ) Venae, dextra e vena cava sinistra ex emulgente, sub ingressu in testes corpus pyramidalis constituentes. Hic notamus

1) Venas arteriis iungi per anastomasin, ita ut ruber sanguis omnis transeat in venas, ante quam ad testes pervenirent arteriae.

2) Sub lamella inferiore peritonaei decurrere super musculum Psoas

3) Per annulos ex ab domine minor ar-

ro artificio exire, ingredi sero-  
tum.

$\beta$ ) Lymphatica.

$\alpha\alpha$ ) Arteriae lymphaticae, ortae ex  
sanguineis, in cellulas termi-  
natae.

$\beta\beta$ ) Venae, reducentes semen ad  
sanguinem.

bb) Structuram, ex infinita congerie vaseu-  
lorum sanguinem non vehentium, in  
glomeres complicatorum, & in cellu-  
las terminatorum.

cc) Usum, secernere a sanguine arterio-  
lo, renuissimum liquorem quem semen  
dicimus, & cuius usus principalis con-  
sistit in generatione hominis: circa hanc  
notamus

$\alpha$ ) Organa in utroque sexu, & quidem  
 $\alpha\alpha$ ) In maribus: ubi occurunt

- 1) Testes,
- 2) Parastatae, in quibus semen  
e testibus recipitur & ope va-  
fis deferentis defertur ad
- 3) Vesiculas seminales, e quibus  
ope
- 4) Penis, eiicitur sub actu gene-  
rationis: huius notamus

N) Structuram qua constat

\* ) cute quae replicata effi-  
cit praeputium, & tuni-  
ca propria.

D

\*\*) cor-

\*\*) corporibus duobus ca-  
vernosis,

\*\*\*) septo inter haec cor-  
pora.

\*\*\*\*) Ligamentis, quo pe-  
nis ossibus pubis iungitur,

\*\*\*\*\*) canali per medium  
corpus transiente dicto  
vrethra,

\*\*\*\*\*) muscularis.

□) actionem,

\*) magis influentibus spi-  
ritibus in musculos ere-  
ctores , hisque adeo  
tumentibus , initia cor-  
porum spongiosorum &  
totus penis, adprimuntur  
ad os pubis, hinc venae  
comprimuntur, sangu-  
inis regressus impedi-  
tur, manet affluxus, hinc  
implentur sanguine cor-  
pora cavernosa , penis  
erigitur, & aptus fit ad  
transmittendum semen.

\*\*) ordinarie, emissioni vri-  
nae inservit.

β) Muliebria, ubi occurrit

I) Uterus, cuius notamus

N) Structuram, constantem

NN) Ex

NN) Ex musculis admodum elasticis,

CC) Vesiculis in uteri service sitis, falso habitis pro ovario,

MM) Vasis lymphaticis & sanguiferis, arteriis & venis, tortuoso intinere uteri substantiam permeantibus, e quibus certo tempore dilatatis menstrua fluunt, quorum notamus

\*\*) Tempus definitum, singularis mensibus a 14 usque 49 annum.

\*\*\*) Causam, nempe sanguinis redundantiam, & ipsam structuram uteri laxam & mollem, ut & vasa lymphatica turgentia.

\*\*\*\*) Usum, qui consistit in minuenda nimia sanguinis quantitate, & in nutritione foetus sub statu graviditatis.

;) Actionem, in se recipere semen & foetum.

2) Vagina, cum utero & externis partibus connecta: cuius notamus.

N) Structuram, qua constat ex

membrana nervea & muscu-  
lari.

2) Actionem, penem immit-  
tere & amplecti & foetui  
exitum dare.

3) Ovaria, circa quae notamus

N) Connexionem, cum utero  
ope ligamenti, & sub con-  
gressu ope tubae Fallo-  
pianae.

2) Structuram, qua constant  
ex membrana vasculosa &  
musculosa, vesiculis rotun-  
dis, impletis humore ad  
naturam albuminis ovi ac-  
cedente.

3) Actionem, ovulum tem-  
pore congressus transmit-  
tere in uterus.

### §. 20.

B) Generatio ipsa, cuius notamus

aa) Definitionem, qua est actus  
quo organicum corpusculum ita  
evolvitur ut nutritione dein  
perfici possit, quod probatur

N) Ex analogia cum plantis,

2) Ex regulari structura totius  
corporis.

Bβ) Modum generationis qui de-  
termi-

terminatur ex consideratione o-  
vulorum, semenis, & per expe-  
rientiam.

- 1) Ex mente Leewen hoeckii
- 2) In ovulis nihil adest nisi ma-  
teria gelatinosa, per experi-  
menta microscopica.
- 3) In semine virili contra ad-  
sunt animalcula minutissima vi-  
va, ad formam anguillularum.
- 4) Experimenta docent, cito post  
congressum aedesse in utero o-  
vulum, ex ovario in quo vi-  
vum animalculum deprehen-  
ditur: hoc annexum esse utero  
per vasa in funiculo umbili-  
cali in placentam terminato.

Hinc concludimus

- 1) Sub congressu ovulum ex  
ovario per tubam Fallo-  
pianam ab affluxu sangu-  
inis erectam, deferri ad ute-  
rum.
- 2) Eodem tempore quo semen  
calidum in uterum iniici-  
tur.
- 3) Unum animalculum, per  
dilaratos a colore ovuli po-  
ros, illud intrare & in eo-  
dem a gelatinoso humore  
nutrirri.

D 3

4) O-

- 4) Ovum ipsum ad haerere utero iis vasculis quibuso-vario adhaeserat, utero se applicantibus.
- 5) Ex iisdem formari funiculum umbilicale, & placenta tam uteri.
- 2) ex mente Hofmanni,
- N) prae existit in ovulo stru-ta totius corporis stupendae exiguitatis
- 2) semen virile admodum est spirituosum & elasticum, hinc
- 3) penetrat in minima vascula eaqua expandit, & sic foetus evolvit.
- YY) Nutritio foetus, ubi notamus
- 1) Facta impregnatione in foemel-lis cessare fluxum menstruum, hinc
- 2) Augeri sanguinis quantitatem,
- 3) Hanc cum directio sanguinis versus uterum fiat, per vasa eiusdem transmittere partem aliquam in placentam & inde in foetum, inde
- 4) Nutririri animalculum, circa quod notamus
- N) Partes quae evoluntur & quidem

NN) Ce-

- NN) Cerebrum cum medulla oblongata, tum
- בב) Cor cum systemate venoso & arterioso.
- גג) Tum incipit moveri sanguis, vel subtilius in initio fluidum, e corde dextro per foramen ovale in sinistrum, indeque per totum corpus.
- ב) Modum quo nutritur ubi
- NN) In initio fit nutritio a succo matris,
- בב) Deinde post evolutionem partium per os, ab liquore amnii. Noretur casus singularis ab Illustri Heistero Comp. Anat. p. 247 relatus.
- dd) Exclusio foetus, siue partus ubi notamus
- N) Ceussas: excluditur nempe
- 1) Ob nimis auctam molem embryonis, unde sit ut uterus nimis dilatatus stimuletur ad contractionem.
  - 2) Ob motum ipsius foetus carceri angusto impatiens, & inquieti, ob auctam molem foecum & urinae.
  - 3) Ob
- D 4

- 3) Ob pondus foetus, uterum capite antrosum inclinato in partibus anterioribus prementis,
- 2) Modum, qui fit dum
  - 1) Ob pressionem foetus in partibus iafterioribus, cenvelluntur irritati musculi abdominis, uterus undique comprimitur.
  - 2) Fibrae uteri stimulatae se contrahunt, unde
  - 3) Eius cavitas imminuitur,
  - 4) Os uteri aperitur,
  - 5) Rumpuntur membranae amnii & chorii,
  - 6) Effluit humor gelatinosus in illis contentus,
  - 7) Inde fit lubricitatio vaginæ uteri, &
  - 8) Foetus facilissime ex pellitur.
  - 9) Placenta uteri ab utero separatur, simul extrahenda post foetum a quo dissecata funiculo umbilicali separatur.
  - 10) Sequitur fluxus sanguinis a disruptis vasis & contratione uteri, sub nomine fluxus lochiorum.

§. 22.

## §. 22.

- I) In mammis, quarum consideramus
- aa) Structuram, quae constat
    - α) Ex arteriis & venis ab axillaribus,
    - β) Sub quarum coniunctione vasa spiralia formantia, emittunt minimos tubulos, qui coniuncti efficiunt maiores desinentes
  - γ) In papillas, quae sunt corpora cellulosa & nervea, multis foraminibus patentia.
  - bb) Actionem, secernere a sanguine arterioso, chylosam partem circa hanc notamus
  - α) Tempus secretionis, quod potissimum est post partum tertio die.
  - β) Caussam maioris secretionis, quae est sanguis regurgitans ad uterum primo directas.
  - γ) Naturam secreti liquoris quae exploratur
    - αα) Per sensus, qui docent esse
      - 1) Album,
      - 2) Dulcem,
      - 3) Secedere in partem fluidam & crassiorem, quae crassior pinguis est & butyrum vel caseus audit.
    - 4) Sub diuturniori mora acescere,

D 5

ββ) Per

$\beta\beta$ ) Per chemiam, qua constat

- 1) Ex aqua,
- 2) Terra gelatinosa,
- 3) Phlogisto &
- 4) Sale acidiusculo.

d) Usum, qui consistit in nutritione foetus exclusi, quia

- 1) Iam in ventriculo est elaboratus & mutatus, hinc facile in sanguinem mutatur.
- 2) Quia ex partibus consistit gelatinosis ( $\beta\beta$ ) per quas nutritio facillime fit.

Notetur hic Medicorum controversia an lac sit chylus, an vero a sanguine fecernatur, cuius controversiae rationes ex vtraque parte demonstrandae, vnam conciliacione vtriusque sententiae.

### §. 23.

- k) In cerebro, ubi notamus
- aa) Naturam vasorum ad cerebrum abeuntium, circa quam occurrit
  - α) Eorum numerus, quatuor carotides & duae vertebrales,
  - β) Natura,
  - 1) Carotidum, hic notandus
  - αα) Ortus dextrae e subclavia: inistrai ex ipsa aorta.
- $\beta\beta$ ) Si-

- $\beta\beta$ ) Situs, profundus sub aspera  
 arteria,  
 $\gamma\gamma$ ) Iter ad cranium fere dire-  
 ctum,  
 $\delta\delta$ ) Divisio, in externam & in-  
 ternam,  
 $\epsilon\epsilon$ ) Curvatura internae ac depo-  
 sitio tunicae muscularis sub in-  
 gressu cranii, cui ita anne-  
 citur ut nec augeri nec mi-  
 nui possit eius diameter.  
 $\zeta\zeta$ ) Secretio salivae in ore actu-  
 nica Schneideriana  
 2) Vertebralium ubi notandus  
 $\alpha\alpha$ ) Ortus, ex superiori parte sub  
 claviae.  
 $\beta\beta$ ) Situs, in ossea theca verte-  
 brarum colli,  
 $\gamma\gamma$ ) In volucrum membra nosum  
 $\delta\delta$ ) Ramositas.  
 $\epsilon\epsilon$ ) Coniunctio, post ingressum  
 cranii.  
 $\zeta\zeta$ ) Coniunctio cum carotibus  
 quae est singularis artificii, ita  
 ut quatuor arteriae coenentes  
 veluti circulum efficiant, eum  
 in finem, ut obstructa una  
 vel altera, sanguis capiti non  
 desit. Ex his circulis novi o-  
 riuntur rami ad perpendiculari-  
 lum novos veluti circulos  
 forman-

formantes, hoc sit per totam  
piae matris superficiem.

η) Reflexio ante ingressum  
cranii.

bb) Actionem vasorum, unde pendet

α) Sanguinis continuus affluxus,

β) Motus eius ob curvaturam inter-  
nae carotidis (t. εε) & reflexionem  
vertebralium (2 ηη), utrumque  
coniunctionem in circulum abeun-  
tem (2 ζζ), itemque depositionem tu-  
nicae muscularis, sub ingressu cra-  
nii magis minuitur, hinc

η) impetus & actio sanguinis in  
mollem cerebri substantiam im-  
minuitur.

γ) fluidi nervei secretio facilita-  
tur.

γ) Ex vasorum curvatura & opposi-  
tione, sanguis magis resolvitur.

δ) Depuratio per secretionem muci,

ε) Structuram cerebri, & quidem

α) Corticis, hic notamus

αα) In volucrum, dura & pia ma-  
ter, quae ultima est lamella vas-  
culosa corticis, cerebrum non  
modo ambiens, sed & in interi-  
ores eius secessus se insinuans.

ββ) Naturam, qua constat ex mi-  
nutissimis canaliculis cum vasis  
sanguini-

sanguiferis connexis, quod probatur.

1) quia rubet in phrenitide,

2) Quia omnia vasa sanguifera cum lymphaticis connexa sunt.

γγ) vsum, secernere subtilem a sanguine liquorem, a quo dein in Medulla fluidum nerveum separatur: quod probatur

N) ex vasorum corticis connexione cum vasibus sanguiferis ( $\alpha$ ,  $\beta\beta$ ).

□) ex sanguinis continuo affluxu.

Notetur controversia: an glandulosa corticis substantia? cuius exhibemus argumenta in utramque partem:

I) pro glandulosa natura, vna cum adiectus responsonibus,  
1) quod glandula sit corpus molle, humidum in quo sit secretio, & cortex tale quoque sit corpus. Sed huic respondemus hanc non esse perfectam glandulae notionem.

2) Quod microscopia Malpighium docuerint arteriolas corticis terminari in circellos minimos, quos inter essent corpora rotunda. Verum

rum haec corpora non sunt nisi intervalla inter ipsa vasa maiora, minoribus, sed pellucidis vasculis constantia.

- 3) Induratum per coctionem in oleo cerebrum, teste *Malpighio* & *Vieusenio* inaequalia rotunda tubercula demonstravit. Sed quis non videt pervehementissimum in fervido oleo caloris gradum, mutari satum & nemum partium?
- 4) Atramentum a *Malpighio* cerebro adfusum, & deinde abstersum, reliquit lineas nigras albicantibus punctis distinctas. Verum, demonstravit *Ruysschius* idem fieri in solis vasculis, atramento inter eorum sultos haerente.
- 5) Petrificatio cerebrum veluti acinosum corpus demonstravit. Sed neque hoc aliquid demonstrat, cum fluidum in duri corporis naturam transiens, distendere potuerit vasa & has inaequalitates efficere.
- 6) Ab

6) Ab hydrope cerebri pars eius externa in sphaerulas mutatur. Sed reponimus extensa vasa lymphatica in tales sphaerulas posse mutari, quod patet in hydatidibus.

Oppositae rationes sunt.

- 1) Quia nullo modo glandulae in cerebro possunt degredi.
  - 2) In omni secretione per glandulas, secretio inaequalis, modo auctior modo magis imminuta, quod in cerebro tamen non observatur.
  - 3) Restituto adfluxu sanguinis versus caput, ut in Lipothymiis, eo momento ceteris paribus restituitur secretio fluidi nervi, id quod fieri non posset, si secretio per glandulas succederet, quae semper tardior est.
- (β) Medullae cerebri, hic notanda
- αα) Origo, a vasibus corticis continuatis inter se convolutis & singulare corpus efficientibus
- ββ) Natura, ex minimis vasculis sanguinem non admittentibus sed

sed interpositis tamen minimis  
vasculis sanguiferis, quod pro-  
batur.

- 1) Ex eorundem ortu evasculis  
corticis,
- 2) Ex copia fluidi huc pulsi, quod  
moveri non posset nisi vasa  
hic adesent.
- 3) Ex dissectione medullae, un-  
de fluidum effluit subtile, ma-  
nifesto demonstrans hic ali-  
quid secerni.
- 4) Ex reductione sanguinis per  
venas.
- 5) Ex incremento harum stami-  
num.
- 6) Ex continuatione huius par-  
tis cum nervis ut canalibus.
- 7) Situs & directio fibrarum, ubi  
notandum
- 8) Eas decurrere a cortice tan-  
quam peripheria ad centrum,  
vbi ipsam efficiunt medullam.
- 9) Eas reflecti & colligi ita ut
  - 1) Quaedam abeant in corpus  
callosum,
  - 2) Quaedam in crura medul-  
oblongatae,
  - 3) Quaedam in medullae pro-  
tuberantiam annularem.
- 10) E

- §) E cerebello ortas his uniri  
iisdem modis,  
¶) Unitas abire ad medullam  
spinalem.

## §. 24.

- dd) Actionem cerebri, quae consistit in se-  
cretione fluidi nervi, cuius proba-  
mus  
α) Praesentiam,  
αα) Ex ipsa structura cerebri vas-  
culosa, quae docet  
1) Sanguinem ibi resolvi in in-  
finite parvas partes.  
2) Partem aliquam hic secerni.  
ββ) Fluidum hic secretum non  
tantum facere ad nutritionem  
capitis, demonstratur ex copia  
huc pulsii sanguinis.  
γγ) Hinc cum nervi omnes orian-  
tur e cerebro, & abeant ad  
omnes musculos, hoc fluidum  
musculis communicari: quod  
cum ad eorundem nutritionem  
nihil conferat, impendi debet ad  
motum. Tum.  
δδ) Motus membra cessat ligato vel  
abscisso nervo.  
εε) Experimentum Bellini cum  
nervo diaphragmatis

E

β) Na.

β) Naturam, quae cognoscitur

αα) Positive,

- 1) Ex natura huc pulsi sanguinis,
- 2) Ex structura cerebri,
- 3) Ex natura volatili deprehensi in cerebro fluidi,
- 4) Ex mira divisibilitate lymphae in primis rudimentis foetus, unde concludimus

η) Hoc fluidum constare ex particulis minimis, solidissimis & elasticis.

δ) Eius secretionem continuo & aequabiliter fieri.

ββ) Negative, non constat

- 1) Ex particulis salinis, utpote acribus & rodentibus,
- 2) Neque ex oleosis utpote obstruentibus minimos canaliculos, neque
- 3) Spirituosis, cum spirituosa fibras reddant rigidas.

Argumenta contra spirituum sive fluidi nervei existentiam, sunt

- 1) quia ne opijmo quidem microscopio nervorum cavitas detegi posset. Sed respondeamus, hoc nihil aliud demonstrare, quam ita subtile esse fluidum, ut sensus fugiat. Dari autem tam subtilia fluida do-

da docet lux, ignis, materia  
magnetica ac electrica.

- 2) quia nervi sub actione non intumescunt, quod fieri tamen deberet, si a spiritibus eorum motus dependeret. Respondemus, in toto musculo sub eiusdem actione observari maiorem duritatem, quamvis hoc in singulo nervo non sit observabile.
- 3) Fluidum hoc non in momento moveri posse a parte ad cerebrum, & a cerebro ad partem. Verum reponimus celeritatem summam luminis, materiae electricae & soni.
- 4) quia musculi quidam per aliquot momenta moventur absitissimo etiam capite. Verum respondemus motum oriri posse in his muscularis triplici modo,
  - $\alpha\alpha$ ) vel per fluidum nerveum & spinali medulla advenatum,
  - $\beta\beta$ ) vel ob elasticitatem fibrarum, a calente adhuc sanguine distensarum, vel
  - $\gamma\gamma$ ) ob solam irritabilitatem,

quae adesse potest absque  
sensatione, uti docent  
experimenta cum oleo vi-  
trioli in variis musculofisi  
partibus iam amputatis in-  
stituta.

Hinc contra fluidi nervei ex-  
istentiam concludi inde nihil  
potest.

- 5) quia saepe resolutum vel pe-  
trificatum cerebrum depre-  
hensum est. Respondemus  
tum ipsam inde inductam esse  
mortem, tum spinalem me-  
dullam ad aliquod tempus  
motus sustentare potuisse;
- 6) aequa difficile esse intellige-  
re quomodo anima agat in  
fluidum nerveum, quam in  
corpus absque eo. Fatemur  
hoc, sed quid inde contra  
fluidi nervei existentiam? ni-  
hil sane.

### §. 25.

- γ) Vasa per quae vehitur, quae sunt  
nervi; quorum consideramus  
αα) Naturam, sunt
  - 1) Dum in cerebro latent pul-  
posi
  - 2) E-

- 2) Egressi ex eodem acquirunt  
vaginam a dura & pia matre.  
3) Ad partes pervenientes ubi  
sensatio est perficienda, depo-  
sita hac vagina denuo sunt  
pulposi.  
4) Fluidum vehunt in fibrillis  
intus cavis, quod probatur  
N) Quia sunt medullae con-  
tinuatio.  
D) Quia laesa medulla cessat  
nervi officium, licet is fue-  
rit illaesus.  
5) Quod officium suum pree-  
stent licet sint reflexi & in-  
curvati, quod contra  
7) Cessat compresso vel con-  
stricto nervo: huic reponunt  
adversarii idem fieri liga-  
ta vel abscissa arteria. Ve-  
rum est: sed ratio tamen red-  
di potest, cur cesseret motus  
ligata arteria ob caloris de-  
fectum, sed cur a ligato ces-  
set nervo nulla dari potest,  
nisi fluidum assumas ner-  
veum. Circa idem hoc flui-  
dum adhuc notamus:  
I) non confundendum illud esse  
cum lympha crassiore in ner-  
vis obvia,

E 3

2) il-

- 2) illud instar reliquorum humorum circulari in corpore, quod vel exinde patet, quia continuo aliis humoribus adfunditur, hinc resorbetur ad sanguinem, redit ad cor & caput.

Notetur simul *Bellini* experimentum cum nervo diaphragmatis institutum.

$\beta\beta$ ) Modus quo officium praestant

- 2) Positive, per motum fluidi nervei: qui intelligitur si per spiciamus sequentia,

- 1) Fluidum hoc esse summe elasticum & subtile ( $\beta$  aa. 5.).

- 2) Motum in eo tremulum motum facile posse continuari.

- 3) Ex theoria lucis vero simile esse, simplices partes corporis tremere, quod & in nervis contingere potest.

- 4) Nervos ex elementis constare solidis.

- 5) Haec elementa in nerva pulpa tremere, ac motum fluido communicare, unde qendet mutatio, in anima, quae dicitur sensatio.

- 6) Fluidum hoc affluens inflare

flare tubulos, hinc crassiores  
reddere fibras musculares,  
quaes expansae in latitudi-  
nem minuantur quoad lon-  
gitudinem, unde pendet  
musculorum contratio.

- 7) Hanc contractionem fieri  
singulari modo, ex situ &  
nexu partium determinabi-  
li, ad formam eis Zickzacs  
2) Negative, non per tremo-  
rem totius fibrae instar chor-  
dae musicae, quia  
1) Fibrae molles sunt,  
2) Nervorum initium & fi-  
nis mollis est,  
3) Nervi ipsis varie sunt in-  
flexi.

### §. 26.

vv) Usum, qui consistit in produc-  
tione motus & sensus (ββ. N.  
5. 6.)

N) Motus est

NN) Vel constrictorius, qui  
varios pro vario situ fibra-  
rum producit effectus nem-  
pe

- I) Si fibrae sint longitudina-  
les, contractae minuant ca-  
narium longitudinem

E 4

2) Si-

- 2) Si orbiculares, minuant diametrum, ut in sphincteribus.
- 3) Si spirales, efficiunt motum vermicularem.
- ב) Dilatatorium, unde pendent effectus contrarii.

## §. 27.

- ב) Sensus, qui vel
- 1) adest, tunc efficitur modo §. 25. exposito, modificatur autem ex structura ipsius organi, hinc
  - a) Generaliter occurrit in omnibus sensibus.
  - aa) Mutatio in nervis
  - bb) Mutatio in ipsa anima, pendens a mutative nervorum : quae si anima eius sibi sit conscientia, dicitur *perceptionis* si vero non, nuda sensatio : pendent a sensatione inde formandae *ideae*.
  - b) Specialiter sensatio modificatur
  - bb) In oculis, tunc dicitur *visus* hic notamus
  - α) Or.

a) Organum, cuius consideranda

aa) Fabrica,

¶) Externa, dum situs est oculus

1) In ossea theca, cinctus musculis eum moventibus 6, pinguedine & externe palpebris ciliisque ornatur circa palpebras notamus.

†) Structuram, in anteriore parte cartilagineam, cum vasis copiosis & glandulis humorem adiposo ceraceum fundentibus.

††) Usum, defendere oculum, a sordibus motu continuo liberare, & partes oleo suo lubricitare.

2) glandula praeditus est magna in nominata conglomata, oculum humectante, & lachrymas fundente.

¶) Interna

1) Ex tunica dicta sclerotica in anteriori parte magis elevata cornea dicta. Haec nihil aliud est nisi vagina nervi optici quam a dura matre accepit, & statim post perforationem osseae thecae

E 5

thecae expanditur in glo-  
bum.

2) Choroidea, quae est conti-  
nuatio piae matris, nervum  
opticum investientis, quae  
in anteriori parte dicitur  
uvea, & pertunditur for-  
amine quod pupilla audit,  
circa quam notamus ad-  
huc, in ea eius parte vbi  
uveam format, esse

†) fibras musculares, e ner-  
vis ad scleroticam ten-  
dentibus formatas, lon-  
gitudinales ex orbita ve-  
luti ad centrum vergen-  
tes & orbiculares.

††) vasa sanguifera ad mi-  
ram annularem, fabri-  
cam iuncta.

3) Retina, quae est expansio  
pulpae nervi optici,

4) Humor aqueus qui est  
fluidum pellucidum, in ca-  
mera inter corneam & u-  
veam asservatus.

5) Lens crystallina, quae est  
corpus pellucidum durum,  
ex membranis pellucidis si-  
bi invicem incumbentibus  
compositum, coercitum pe-  
culia-

culari membrana tenuif-  
sima & pellucida.

6) Humor vitreus, qui est hu-  
mor crassiusculus pelluci-  
dus, in cameris vel vesiculis  
quibus torus oculus post  
lentem crystallinam ad re-  
tinam usque impletus est  
asseratus.

63) Aëtio, ubi

- 1) Radii lucis per pupillam in-  
gressi, ex legibus opticis for-  
mant in retina rerum imagi-  
nes,
- 2) A qua formatione ab incur-  
rentibus radiis, oritur motus  
retinae qui (§. 25. ad cere-  
brum continuatus, efficit sen-  
sationem.

### §. 28.

bb) In auribus, ubi notamus aurium

α) Structuram

αα) Externam, qua aëst

- 1) Concha cartilagena intus ca-  
va, membrana elastica recta.
- 2) Meatus auditorius, qui est ca-  
nalis osseus & cartilagineus  
membrana nervea & glandu-  
losa cinctus, & tortuosus in  
concha

concha patulus altera parte  
vero

- 3) Tympano clausus, quod est membrana elliptica convexa, oblique ossi petrolo super expansa ex tribus lamellis constans, & variis vasibus sanguiferis donata, cui subtenditur
- 4) nervus e quinto & septimo pari, chorda dictus, praeterea ei annexa sunt
- 5) Ossicula tria *Malleus*, immediate tympano iunctus, manubrio suo, capitulo connexus incidi, & stapes.
- 6) Tuba ex cavo tympani egrediens in palato desinens, per quam aer externus ad interiora auris penetrat & internus liberatur, quae dicitur *Tuba Eustachiana*.

- ββ) Interna, labyrinthus ubi notamus
- 1) Vestibulum, quod est spatium post tympanum
  - 2) Canales semicirculares,
  - 3) Cochleam, quae dividitur in duos canales, qui vocantur scala vestibuli, & scala tympani; circa has partes notamus eas immediate attingere nervum acusticum, qui eos omnes investit

vestit membrana tenuissima a  
pulpa nervi oriunda.

$\beta)$  Actionem, quae fit dum

$\alpha\alpha)$  Aër in tremulum motum con-  
citus, in externis conchae par-  
tibus concentratus,

$\beta\beta)$  Per meatum auditorium ve-  
luti per tubum stentoreum duci-  
tur ad tympanum, in quo orta  
sensatio efficit,

$\gamma\gamma)$  Tensionem cordae, unde

$\delta\delta)$  Tympanum ipsum tenditur,  
malleus movetur,

$\eta\eta)$  A quo aër in internis partibus  
movetur,

$\zeta\zeta)$  Et afficit nervum acusticum  
unde pendet perceptio in anima  
quam dicimus *audium*.

### §. 29.

$cc)$  In naribus, ubi notamus,

$\alpha)$  Structuram partium,

$\alpha\alpha)$  Externarum, hic notandum

1) Cavum inferne amplum, su-  
perne angustum, superne os-  
seum,

2) Inferne cartilagineum & mus-  
culosum,

3) Septum dividens nasum in  
duas partes,

$\beta\beta)$  Internarum, ubi occurunt

1) Cavitates,

N) Si-

- 2) Sinus froutales,  
 2) Antra Higmoriana,  
 3) Cellulae ossis cunei formis,  
 2) officula Ipongiosa quatuor,  
 quae ex tenuissimis composi-  
 tae lamellulis, plures for-  
 mant cavernulas,  
 3) Tegumenta,  
 2) Membrana crassa mollis  
 vasculo glandulofo, cavi-  
 tates (1. 2) obducens.  
 2) Nervea, ex nervis oriun-  
 dis ex nervo olfactorio &  
 ramis paris quinti, deposi-  
 ta vagina se expandentibus  
 per omnia cava,  
 3) Actionem, dum  
 αα) Hic secernitur in glandulis  
 mucus,  
 ββ) A subtilissimis corporum ef-  
 fluviis in cavum narium pene-  
 trantibus in eorundem nervis  
 excitatur sensatio quae dicitur  
 olfactus.  
 Sunt autem obiecta olfactus partes  
 minutissimae sulphureae phlogi-  
 stae, & salinae magna vi tracticae  
 gaudentes ad hanc applicatiouem  
 requiritur.  
 1) Ut aer per nares intret & hinc  
 2) Cer-

2) Certa vi subtilia effluvia impellar.

§. 30.

- dd) In lingua, cuius notamus
  - α) Structuram, quae constat
    - αα) Ex muscularis,
    - ββ) Papillis nerveis, a nono pare nervorum oriundis.
  - 1) Capitatis,
  - 2) Pyramidalibus & quidem,
    - Ν) Conicis.
    - Ω) Aperinis,
  - γγ) Tunicis,
    - 1) Ex terna communi papillas transmittente,
    - 2) Reticulari per cuius foramina, nula papillae transeunt,
    - 3) Nervea equa papillae oriuntur.
  - γ) Actionem, quae consistit dum minimae partes salinae solutae & phlogistae applicantur papillis nerveis (dd. α. ββ.) & agunt in nervos, unde orta sensatio dicitur *gustus*.

§. 31.

- ee) In cute, cuius notamus
  - α) Structuram §. 12. ex positam, ubi potissimum notandae papillae nerveae pyramidales perpendiculariter

ter deposita vagina corpus reticulare Malpighii penetrantes,

*β)* Actionem dum corpora quaevis externe his nervis applicata, sensationem efficiunt, quam dicimus tactum.

S. 32.

*2) Vel cessat, quod fit sub statu naturali in somno, cuius notamus,*

*a) Naturam, quae cognoscitur ex phaenomenis, dum*

*aa) Sensationes incipiunt cessare cum potentia movendi in musculis voluntariis, primo in musculis palpebrarum, dein in reliquis,*

*bb) Sensus interni minuantur,*

*cc) Musculi non voluntarii agunt, hinc motus cordis & arteriarum continuatur,*

*dd) Sensus interni plane cessant,*

*ee) Sub leviori sensatione externa, sensuum internorum officium reddit, manente abolitione internorum qui status dicitur *in somnum*,*

*ff) Sub fortiori sensatione etiam sensus externi redeunt & somnus cessa-*

*fat,*

*b) Caussas,*

*aa) Proximam, imminutus influxus fluidi*

fluidi nervei in musculos voluntarios, quae imminutio pender.

a) Ab imminutione fluidi nervei quoad copiam,

β) Obstaculo eius influxum impedit in musculos voluntarios.

bb) Remotas,

a) Nimiam actionem muscularum voluntariorum, unde efficitur nimia fluidi nervei consumptio,

β) Ob nimis auctos sensus internos eundem effectum producentes,

γ) Ob compressionem nervorum, a maiori affluxu sanguinis versus caput,

δ) Ob nimiam relaxationem fibrarum cerebri, unde collapsi nervi, impediunt fluidi influxum,

c) Usum, qui est

aa) Proximus, & consistit in collectione fluidi nervei,

bb) Remotus, in refectione totius corporis, & nova tensione fibrarum cerebri.

### §. 33.

Status somno oppositus, dicitur *vigiliae*, quarum natura intelligitur cognita natura somni.

F

FVN.

# FVNDA MENTA DIAETETICAE

## §. I.

**H**ic agendum

- I. De *natura sanitatis*, cuius notamus
  - a) Definitionem, est vigor aëtionum corporis & animi, vniuersaliumque corporis rationi proportionatus.
  - b) Differentiam,
    - aa) A vigore praeternaturali in morbis, ut in phreneticis ac maniacis.
    - bb) A vita ipsa, quae adesse potest laesa sanitatem, sed non verba vice.
    - cc) Secundum corporis rationem, quia idem vigoris gradus in Trito est morbosus, qui in Caio sanitatem indicat.
